

(b) Véase nuestra nota á la L. 38 de este título.
(c) Véase nuestra nota 6.^a al comentario de la L. 48 de este título.

LEX LXII.—Clerici sunt honorandi per laicos dicto, facti, et consilio, quia Dei et hominum sunt mediatores, et contrafaciens puniuntur. Hoc dicit.

(1) *Dignidad.* Hæc præmet dignitati regali, 96 dist. cap. duo in princ. et final. et cap. *solita, de major. et abed.* licet hodie per numerositatem viliscat dignitas clericorum, cap. *legimus*, 95. dist. et clericus dicitur egregia persona, Glos. in cap. 2. 14. quæst. 2.

(2) *Son meditaneros.* Johel, cap. 2. v. 17. *Plorabunt sacerdotes ministri Domini, et dicent: Parce, Domine, parce populo tuo: et vide in cap. nulli*, 5. quæst. 1. et in cap. *ipsi sacerdotes*, 1. quæst. 1.

(3) *Denostar.* Injuria facti clerico dicitur atrox, l. si quis in hoc genus, et ibi Bald. *C. de Episcop. et cleric.* et qui persequitur sacerdotes Dominum crucifigit; cap. *nulli*, 5. quæst. 1.

(4) *Nin ferir.* Nolite tangere Christos meos, *Psalm.* 104. v. 15.

(5) *Sin la pena.* Adde ad hoc textum in cap. *felicis*, verbo *per hoc*, de *penis*, lib. 6. et vide in cap. 2. *de penit. et remiss.* ubi Abb. quod licet imponatur poenitentia illius cap. contra occidentem presbyterum, non tollitur poenitentia per judicem secularem facienda.

TITULO VII.

DE LOS RELIGIOSOS (a).

Aspera vida de fazer, e apartada de los otros omes, escogen algunos, porque creen, que por ella servirán a Dios mas sin embargo. E porque las riquezas deste mundo estoruan (1) aquesto, tienen por mejor de lo dexar todo, e siguen aquello que dixo (2) nuestro Señor Jesu Christo en el Euangelió: que todos aquellos que dexan por el, padre, o madre, o muger, o hijos, o los otros parientes, e todos los bienes temporales, que les dara ciento doble por ello, e demas vida que durara por siempre. E estos atales son llamados Religiosos, porque cada vno dellos han reglas ciertas, porque han de biuir, segund el ordenamiento que ouieron de Santa Eglefia, en el comienço de su Religion, e porende son contados (3) en la Orden de Clerezia. E pues que en los dos titulos ante deste, auemos dicho de los Perlados, e de los otros Clerigos, conuiene aqui dezir destes Religiosos. E mostrar primeramente quales son llamados Religiosos, o Reglares. E que es lo que deuen prometter, quando resciben la Orden e la Religion: e en que manera la deuen rescebir: e en cuyas manos deuen fazer la profession. E quantotiempo deuen estar en prueuea, e porque razon. E de que hedad deuen ser para rescebir la Religion. E porque razones los puden ende sacar, o salirse ellos della, e por quales non. E otrosi en que manera pueden passar de vna Orden a otra. E como los que fueron casados pueden tomar habito de Religion. E como deuen biuir cada uno de ellos, para guardar su regla.

(a) El decreto de las Cortes de 29 de julio de 1837, y principalmente lo que hemos dicho en nuestra nota 3.^a al proemio del tit. 3 de esta partida, nos excusan comentarios, y por tanto solo anotaremos alguna observacion, si de ello hubiere necesidad. Aquí advertiremos que por decreto de las Cortes de 26 de junio de 1822, sancionado como ley en 29 del mismo mes y año, restablecido por otro de las Cortes de 25 de enero de 1837, sancionado en 27 del mismo mes y año, se habilitó á los regulares

secularizados para adquirir bienes, tanto por título de legitima, como por cualquier otro de sucesion, bien sea *ex testamento*, ó bien *ab intestato*, entendiéndose esta habilitacion desde la fecha de la secularizacion etc.

TITULUS VII. DE RELIGIOSIS NI SUMMA.

(1) *Estoruan.* Sunt namque diuitiæ satellites voluptatum, ut tradit Ludov. Cartus. in prologo libri, *de vita Christi; et vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram*, Lucae cap. 6. ubi Beatus Ambros. sic ait: Licet in pecuniariis copiis multa sunt lenocinia delictorum, pleraque tamen sunt etiam incentiua virtutum: quamquam virtus subsidia non requirit, et commendatior sit collatio pauperis, quam diuitis liberalitas, et solet rerum abundantia; tanto magis à divino timore mentem solvere, quanto magis hæc exigat diversa cogitare. S. Gregor. lib. 1. *Moral.* cap. 4. etsi videris diuitem cunctis rebus omnino circumdatum, noli eum propter illa putare locupletem, propter quæ debes infelicem vocare; quia diuites quanto copiosius suis opibus ambiuntur, tanto onerosius vincuntur. Chrysostomus super Math. homilia 14. col. 7. et qui potuit modeste ferre diuitias, multo magis poterit etiam fortiter ferre pauperiem. Chrysostomus super Math. homilia 15. col. 8. et nihil sine diabolo hominem sudjidi facit, ut inhiare opibus atque habendi amore superari. Chrysost. ibidem, et Ecclesiastic. 11. v. 40: Si dives fueris, non eris immunis à delicto, imò et sanctis viris ipsa sua abundantia plerumque fit vehementer onerosa; quia hoc ipsum graviter tolerant, quod festinantes ad patriam multa portant. Gregor. 22. lib. *Moral.* cap. 2. non tamen est peccatum habere diuitias, si adsint bona opera, 30. dist. cap. *hæc scripsimus*, tunc est peccatum, si propter eas justitia deseritur; cap. *habebat*, 12. quæst. 1. vel eum homo in eis spem suam ponit, cap. *sunt in Ecclesia*, 8. quæst. 1. glossa notabilis in cap. *clericus*, 12. quæst. 1. non sensus, sed affectus in crimine est, dicit Ambros. super Lucam lib. 5. cap. 6. et diuitiæ honeste sunt, dummodo fiat ex eis misericordia: vide Gloss. in cap. 4. 21. quæst. 1.

(2) *Dixit.* Vide Matthæi cap. 19. v. 29.

(3) *Contados en la Orden de la Clerezia.* Vide in cap. *duo sunt genera*, 12. quæst. 1.

LEY I.—Quales son llamados Reglares, ó Religiosos.

Reglares son llamados todos aquellos que dexan todas las cosas del siglo, e toman alguna regla de Religion para servir a Dios, prometiendo de la guardar. E estos atales son dichos Religiosos, que quiere tanto dezir, como omes ligados que se melen so obediencia de su Mayoral. Assi como Monjes, e Calones de Claustro, a que llaman Reglares, o de otra Orden qualquier que sea. Pero otros y a que bien como Religiosos, e non bien so regla. Assi como aquellos que toman señal de Orden, e Moran en sus casas (1) (a), e bien de lo suyo. E estos atales, maguer guardan regla en algunas cosas, non han tamañas franquezas, como los otros que bien en sus Monasterios, assi como adelante se muestra.

(a) Véase nuestra nota al proemio de este título.

LEX I.—Religiosus est, qui relicto sæculo aliquam Religionem ingreditur, et ejus observantiam promittit pro Dei servitio, quia quasi religat seipsum; qui vero signo Religionis accepto, in domibus suis degunt viventes de suo, quasi religiosi dicuntur. Hoc dicit.

(1) *Señal de orden, e Moran en sus cosas.* Facit ad questionem, an commendatores, et milites Sancti Jacobi de Spata, et alii ordinum de Calatrava, et Alcantara, qui sunt in hoc Regno, gaudeant privilegio fori, saltem in criminalibus; ex quo enim isti omnes jam hodie ducunt uxores, et vivunt sicut laici, videtur dicendum, quod non gaudeant tali privilegio, cum illi dicantur religiosi, qui profiterentur tria vota substantialia regule, ut in cap. *cum ad monasterium, de statu regul.* et tradit latè S. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 5. 4. et 5. licet enim castitas dicatur cum propria uxore, ut in cap. *hæc scripsimus*, 30. dist. cap. *Nicæna*, 31. dist. cap. *Deus*, 31. quæst. 1. non tamen de tali castitate sentitur in voto religionis, ut in dicit. cap.

TITULO VII. LEY I.

cum ad monasterium, et tradit D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 4. ubi et dicit, quod ad statum religionis requiritur abstractio eorum, per quæ homo impeditur, ne feratur totaliter in Dei servitium. Usus autem carnalis copule retrahit animum, ne totaliter feratur in Dei servitium dupliciter: uno modo, propter vehementiam delectationis, ex cuius frequenti experientia augetur concupiscentia, ut et Philosophus dicit tertio Ethicorum, et inde est, quod usus venerorum retrahit animum ab illa perfecta intentione tendendi in Deum; allegat August. in *proemio soliloquorum*, ubi dicit, nihil esse sentio, quod magis ex arte deiciat animum virilem, quam blandimenta feminæ, corporumque ille contactus, sine quo uxor haberi non potest: alio modo dicit S. Thom. propter sollicitudinem, quam ingerit homini de gubernatione uxoris, filiorum, et rerum temporalium; quæ ad eorum sustentationem sufficiunt: unde Apostolus dicit, qui sine uxore est, sollicitus est, quæ sunt Domini, et quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, et quomodo placeat uxori; et ideo continentia perpetua requiritur ad perfectionem religionis, sicut voluntaria paupertas: unde sicut damnatus est Vigilantius, qui adæquavit diuitias paupertati, ita damnatus est Jo. Viniãnus, qui adæquavit matrimonium virginitati, hæc S. Thomas. Confirmatur, quia votum castitatis impedit matrimonium, cap. *veniens*, et cap. *rursus, qui cleric. vel vovet*. etiamsi sit votum simplex; votum ergo castitatis in religione requisitum, non intelligitur de castitate conjugali. Præterea isti non se totaliter emanciparunt servitio Dei, sed quam plurimum in his etiam sunt mundi; ergo non debent gaudere dicto privilegio fori; quia ut dicit Innocent. in cap. *significantiibus, de offio. delegat.* et in cap. 2. *de major. et obedient.* clerici ideo sunt exempti à jurisdictione Imperatoris, quia sunt res spirituales, et ex toto corpus et animam deputaverunt servitio Christi; igitur à ratione cessant isti non debent gaudere dicto privilegio fori. Præterea, licet isti habeant certum modum vivendi approbatum à Sede Apostolica, non ex hoc inferitur, quod sint veri religiosi; ut ob hoc gaudere debeant dicto privilegio, ut tradit Glos. loquens in fratibus, et sororibus Tertii ordinis in Clementina 1. *de religio. domib.* et in Clementina *cum ex eo, de sententia excommunic.* et hinc est, quod lege Regia fuit sancitum, quod isti fratres et sorores Tertii ordinis, qui in suis domibus et bonis commorantur, quod contribuere teneantur in collectis regalibus et municipalibus, ut habetur in l. 19. tit. 4. lib. 4. *Ordinament. regal.* ut et dicit Bart. servari de consuetudine, in l. *semper, §. fin. ff. in jur. immun.* Præterea si istorum status consideretur, potius videtur accedere ad vitam laicalem, quam ad ecclesiasticam; isti enim non servant primò castitatem omnino seu continentiam cum habeant uxores, neque paupertatem, cum habeant proprium: neque omnino servare possunt obedientiam, qui cum habeant uxores, non habent omnino potestatem sui corporis, cap. *non debet, de consanguin. et affin.* unde in eis malè concordat vita activa cum contemplativa, cap. *diversis fallacis, de cleric. congij.* unde considerari debet in eis status, in quo maximè incalescunt, l. *queritur, ff. de statu homin.* cap. *hermaphroditum*, 4. quæst. 1. Præterea, et facit textus in cap. *duo sunt genera*, 12. quæst. 1. ubi dicitur duo esse genera Christianorum; unum, quod est mancipatum divini officio, et deditum contemplationi et orationi, et convenit, quod cesset ab omni strepitu rerum temporalium, ut sint clerici, et Deo devoti, scilicet, conversi, aliud genus sunt laici. Cum ergo isti non sint plenè conversi, ut dicit illa littera, cum involvantur magis negotiis sæcularibus, quam ecclesiasticis; igitur non possunt gaudere privilegio ecclesiastico: et per ista duo ultima fundamenta concludit Abb. in cap. 2. *de foro compet.* milites Gaudentes, qui dicuntur milites S. Mariæ, non debere gaudere privilegio fori, quod et tenuit Frederic. *consil.* 145. Guilielmus de Monte Laud. in dicta Clement. *cum ex eo*, ubi et Petrus de Anchar. Joan. Calderic. *consil.* 56. incipit, *quæsitum est à me, utrum fratres de penitentia*, ubi dicit, quod strictè non dicuntur personæ ecclesiasticæ, ita quod gaudeant privilegio canonico si quis, *suadente*, et privilegio fori. Adde et Bald. in l. *officiales, C. de Episcop. et cleric.* et in l. *placet, C. de sacrosanct. Eccless.* et in l. *ne quidam, C. de testam. milit.* notans per illam legem quod milites Gaudentes non gaudent privilegio clericorum, et ideo, quod teneantur ad collectas; confert ad prædicta, quod tradit Speculator tit. *de statu monach.* vers. 36. *queritur*, ubi concludit, quod sola promissio obedientiæ, nihil dicendo de castitate, et proprii renuntiatione, non inducit regularem professionem, etiam staute consuetudine; ex quo inferat ad dictos milites S. Mariæ, quod licet sint sub obedientia sui majoris,

tamen vivunt cum uxoribus in propriis domibus, et etiam de novo contrahunt, neque propriis carent, quæ eis licent juxta regulam à Sede Apostolica sibi concessam, quam Speculator dicit diligenter quandoque examinasse. Præterea et Joan. Andr. in cap. *veniens, de verb. signific.* lib. 6. de istis militibus S. Jacobi de Spata in Hispania dicit esse laicos uxoratos; videas etiam per Socin. *consil.* 15. 1. volum. col. antepen. versic. *et enim advertendum*: dixit etiam Bald. in authent. *nisi rogati*, ad fin. *C. ad Trebel.* quod substitutio, si sine filiis decesserit, non expirat assumendo habitum sororum Tertii ordinis; quia istæ non sunt propriè Deo dedicate, sed est quidam vivendi modus; neque dicitur ingredi monasterium, quæ profertur regulam Tertii ordinis sororum S. Francisci, dicit Bart. in l. *commo-dissimè, ff. de liberis, et posthum.* Præterea ex lege 5. quaterni Gabbellarum colligitur milites istorum ordinum non esse immunes à gabbellis venditionum, et permutationum rerum suarum, neque rerum dictorum ordinum, et si teneantur ad gabellas, non possunt dici Ecclesiasticæ Personæ, cap. *quamquam de censibus*, lib. 6. Clement. 1. eod. tit. Præterea in istos commendatores S. Jacobi de Spata, de consuetudine antiqua, Rex Hispaniæ usus est sua jurisdictione, et in tali est possessione; et licet contra clericos talis consuetudo non valeret eo, quia exemptio clericorum est de jure divino, ut tradit Rota decis. 840. in antiquis substit. *de consuet.* contra istos, qui non sunt clerici, licet exemptionem haberent à Papa, talis exemptio esse juris positivi, et contra eam præscriberetur, et valida erit talis consuetudo: videas Joan. de Imol. in Clem. penult. col. 2. *de sentent. excommun.*

Pro parte verò contraria facit: qui isti ordines ad militandum, sunt religiones permixtæ et justæ, ex quo sunt propter defensionem fidei, et divini cultus, et publicis salutis, ut tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 188. art. 5. et ordo militiæ S. Jacobi videtur approbatus per Sedem Apostolicam ex privilegio Alexandri Tertii ad supplicationem honorabilis militis Petri de Fuencalada, primi magistri dicti ordinis, recipientem in sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ filium, confirmando ordinem suum auctoritate Apostolica, statuens, ut quæcumque bona et possessiones in præsentiarum justè et legitimè possidebant, et in futurum poterunt adipisci, firma eis suisque successoribus illibata permanerent, essetque excommunicatus quicumque in eos manus injecerit violentas: habet etiam dictus ordo alia privilegia. Sedis Apostolicæ: cum ergo sit ordo approbatus à Sede Apostolica; ergo sunt religiosi, et personæ ecclesiasticæ, cap. *fit. de religio. domib.* cap. 1. *de voto*, lib. 6. Magister dicti ordinis assumitur per canonicam electionem; cap. 1. *de elect.* et cap. *congregatio*, 16. quæst. fin. De aliis verò ordinibus, et militiis de Calatrava, et Alcantara, est magis sine dubio, cum sint ordinis Cisterciensis antiqui à canonicis approbati, et profitentur obedientiam, et vivunt sine proprio et ex voluntate Prælati, si aliquid possident, retinent, et ante modernam concessionem Pauli Tertii, non nubebant, et promittebant continentiam; et si ex dispensatione fuit eis concessum, et nuberent in posterum, reliquis in suo statu remanentibus, non videtur ex hoc ita mutatus eorum status, quin censeantur ecclesiasticæ ut religiosæ personæ, l. *quod favore, C. de legib.* sicut et videmus in clericis Orientalibus, quia ante susceptionem sacri ordinis contraxerant matrimonium, non perdunt privilegia clericatus; neque etiam Occidentales contrahentes matrimonium in minoribus ordinibus, perdunt privilegia fori in criminalibus, neque privilegium canonis, ut in cap. *de cleric. conjug.* lib. 6. et cum isto modo Papa approbet eorum ordines, non repugnat, quod non profiteantur castitatem et continentiam, prout alii regulares, ut ex hoc non dicantur religiosi, ex quo isto modo sunt per Papam approbati, ut in simili, loquendo de fratribus, et sororibus Tertii ordinis, tradit Petrus de Peru, in tractatu *de quarta episcopali*, quia omnis regula vires assumit à Papa, cap. *fin. de relig. domib.* cap. 1. eod. tit. lib. 6. neque obstat, quod uxorem habeant, quia et talis dicitur castè vivere, ut dixi, et in istis terminis ita respondet Hostiensis in summa, *de regul.* §. 1. Præterea personæ istorum militum sunt dictis suis ordinibus ita perpetuò adstricti, quod egredi non possunt; ergo sunt religiosæ personæ, ut dicit Cardin. in Clement. *per litteras*, in 12. quæst. *de præben.* et in dicta Clement. *cum ex eo, de sentent. excom.* quæst. 2. allegat cap. *per exceptionem, de privileg.* lib. 6. cum enim perpetuò sint deputati servitio Dei et ad usum pium, censeri debent ecclesiasticæ personæ, Clement. 1. in fin. *de decim.* et dicit. cap. *per exceptionem*: ex quo dicti milites sunt adstricti dicto ordini, et prohibentur ab ea resiliire, et ad sæculum redire: ex quo sentiunt unus,

sentire debent et commodum, ut in regula qui sentit onus, de regulis jur. in 6. Præterea, et in militibus Gaudentibus, de quibus supra dixi, Bart. in l. 1. ff. de penis, et latius in dict. l. semper, §. fin. concludit tales graudere privilegio fori ecclesiastici, et quod ita consulerunt multi, et Bart. sequitur Anton. in dict. cap. 2. de foro compet. Paul. in dict. Clement. cum ex eo, de sentent. excommuni. Præterea, licet ex dictis verbis bullæ Alexandri Tertii, quod recipit eos in sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ filios, non videantur exempti à jurisdictione ordinariorum, sub qua tenebantur, ut in cap. veniens, de verborum significat. lib. 6. et cap. si Papa, vers. similiter, de privileg. eod. lib. tamen ex alio privilegio Papæ Martini quinti eximuntur expresse à jurisdictione ordinaria ecclesiastica, et sæculari; licet ad hoc potest responderi, quod intelligatur exemptio quatenus sit in præjudicium concedentis, non tertii, præsertim Principis sæcularis: neque Papa eximit laicum à jurisdictione Principis cui subest, ut tradunt Innoc. et alii in cap. 2. de major. et obed. Hodie in militibus sancti Jacobi de Spata, decisa est ista quæstio per quandam compositionem et concordiam super hoc factam; cui tamen dicti milites non assentiunt, imò sine eorum assensu dicunt factam: in aliis vero ratione permissionis nuptiarum, quia hodie nubunt, ad decisionem oportuerat videre privilegia ditorum ordinum, et eorum fundationes et constitutiones: item, et concessionem, ut nubere deinceps possint; quibus non visis incivile est iudicare vel respondere, l. incivile, ff. de leg. Audio etiam, quod super hac questione scripsit latè Fortunius ab Arcilla, vir christianissimus et doctissimus, qui fuit de Regio consilio, et quod speratur citò prodire in lucem per eum in hoc scripta.

LEY II.—Que cosas deuen prometer los que entran en Orden de Religion, e en que manera, e a quien deuen fazer la promision.

Profesion llaman al prometimiento que faze el que entra en Orden de Religion, quier sea varon, o muger: e el que esto fiziere, ha de prometer tres cosas (1). La primera, non aver proprio (2). La segunda, guardar castidad. La tercera, de ser obediente al que fuere Mayoral de aquel Monesterio do biuiere. E assi son allegadas estas cosas al que toma la Orden, que el Papa non puede (3) dispensar con el, que las non guarde (a). E el prometimiento deuelo fazer por carta (4), porque si quisiere venir contra ello, que se pueda prouar (5) por ella. Ca tomando la Orden, e faziendo y otro Mayoral sobre si como en logar de Dios, pierde señorío de sus cosas, de guisa que non ha poderío dellas, nin en si mismo (6). E esta profesion hala de fazer en mano de aquel Mayoral (7) de aquella Orden, quier sea Abad, o Prior. E si fuere Monesterio de Dueñas, la muger que quisiere entrar sn el, deuelo fazer en mano del Abadesa, o de la Priora.

(a) Es decir, mientras permanezcan en el estado regular; mas puede el Papa dispensar ea los votos de los religiosos, y ha dispensado muchas veces secularizándolos por justas causas, esto es, reduciendo á los regulares en lo posible á la clase de clérigos seculares.

LEY II.—Professio, quam facit religiosus, continet trium votorum promissionem, castitatem, obedientiam, proprii abdicacionem, in quibus neque Papa dispensat cum religioso; et professio debet fieri scripto, et per illam sui et rerum suarum dominium perdit: profitens debet profiteri in manu Prælati illius ordinis. Hoc dicit.

(1) Tres cosas. Vide de his in cap. cum ad monasterium, in fin. de statu regular. et in cap. ex parte, de regular. et in cap. cum in ecclesiis, de major. et obed. et an qui renuntiant sæculo, videantur profiteri totam regulam, Bald. tenet quod sic, per textum ibi in cap. 1. de vassal. milit. qui arma bellic. depos. et dicit Innocent. in cap. consuluit, qui cleric. vel vov. sufficere pro professione, quod quis suæ voluntati renuntiet, et omnia committat voluntati Abbatis, cap. nota, 12. quæst. 1. et cap. non dicatis; contrarium tamen in

hoc vult Specul. tit. de statu monachor. vers. 36. quæritur, referens Papam Clementem dixisse, quod non est professus, qui obedientiam tantum sine aliis substantialibus promisit; quod Cardinal. in Clement. eos, quæst. 2. de usu. dicit esse verius, licet primum sit æquius et animæ consultius.

(2) Proprio. Quid autem, si in professione protestetur se velle retinere certa bona propria? Joan. de Imol. in cap. cum M. Ferrariensis, de constitut. ult. chart. col. 2. dicit, quod etsi talis protestatio si accepta per eos, quibus sit, non valet, neque vitiat professionem, allegat Glos. in authentica ingressi, C. de sacrosanct. eccles. et in cap. solet. 32. quæst. 2. et Joan. Andr. in cap. fin. de condition. appos. et dicit esse communem opinionem, refert et sequitur Felin. ibi in 26. colum. et intelligitur hoc casu proprium, quiddid celatur Abbati vel alio Prælato suo, vel quod contra ejus voluntatem tenetur, secundum Joan. Andr. in cap. cum ad monasterium, de statu regular.

(3) Non puede. Adde dist. cap. cum ad monasterium, in fin. de statu regul. et limita, nisi ex magna causa Papa dispenset, ut tradunt Innoc. Hostiens. Joan. Andr. et Abb. in dict. cap. cum ad monasterium, et dicit Bald. de vassal. milit. qui arma bellic. depos. quod professio non est sacramentum ecclesiæ, et ideo Papa ex causa potest illam removere: et Innoc. in cap. presbyter, in fine 1. gloss. de sacram. non iterand. dicit, quod in monachatu non infertur character, et potest Papa facere, quod non sit monachus, cum ipse constituerit ordinem monachorum, de quò latius per Joan. Andr. in regul. semel, de regul. jur. lib. 6. et per Felin. in cap. si quando, col. 3. de rescrip. et dicit Bald. in l. si pater, §. fin. ff. de adoption. per illum textum, quod si Regis filius unicus religionem ingreditur, peccat, et non meretur, et Papa potest dispensare, ne regnum peccat, et vide Abb. in cap. ex publico, ad fin. de convers. conjug. et quod tradit idem Abb. in cap. 1. ad fin. de voto; quod tamen in hoc peccaret filius Regis, licet unicus, ego non crederem, neque affirmarem, quiddid dicat Bald. imò laudabile et meritorium est terrenum regnum despiciere, et cœlestæ forti desiderio querere, cap. capit. 25. quæst. 1.

(4) Por carta. Adde cap. fin. 20. quæst. 1. et 27. quæst. 1. cap. omnes fœminæ, Glos. in cap. 1. de censib. lib. 6. Glos. in cap. vidua, de regular. et vide per Abb. in cap. nuper, de testibus.

(5) Se puede prouar. Requiritur ergo scriptura ad probationem, non quod sit de substantia professionis, textus cum glossa in dict. cap. vidua, 20. quæst. 1. Abb. in cap. nuper, de testib.

(6) Dellas, nin en si mismo. Adde textum in authent. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. cap. non dicatis, 12. quæst. 1.

(7) En mano de aquel Mayoral. Adde cap. porrectum, de regular. et in cap. insinuante, qui cleric. vel vov. et non requiritur de necessitate, quod professio fiat in monasterio, sed in quocumque loco fieri potest, secundum Abb. in dict. cap. porrectum; et ut teneat professio, requiritur, quod recipiatur ab eo, qui habet potestatem incorporandi monachum ad religionem: vide ibidem per Abb. ubi et tradit, an Episcopus posset recipere ad professionem, et ibidem, quod valet professio per quæcumque verba facta, etiam non servata forma regulari; et an professus tacite possit compelli per superiorem, quod faciat professionem expressam, Abb. dicit, quod sic, in cap. cum causam, colum. 2. de election. per textum ibi; et idem dicit, si tacite professus instaret, ut monasterium recipiat eum ad professionem expressam: et nota, quod in eligendo requiritur expressa professio, vide Abb. in cap. cum in magistrum, de elect. et potest fieri maxime ex causa professio per procuratorem, vide Abb. in cap. accedens, de præbend.

LEY III.—Quanto tiempo deue estar en prueba el que entra en la Orden de la Religion, e por que razones, e con que vestiduras (a).

Estar deue yn año (1) en prueba, el que quisiere tomar Orden de Religion, e esto por dos razones. La una por ver si podia sufrir las asperezas, e las premias de aquella regla. La otra, porque sepan los que son en el Monesterio las costumbres del que quiere y entrar, si se pagaran del, o non: e si ante del año quisiere de alli salir, puedelo fazer (2), fueras ende si ouiesse fecho profesion, en la manera que dize en la ley ante desta;

ca estonce non podria salir de la Orden, ni el Abad, o Prior del Monesterio non lo podria dende echar (3), porque a el plugo de fazer la profesion, e a ellos de gela rescibir (4): e por esto non deuen los Abades, nin los Mayores de las Ordenes rescibir profesion de ninguno, ante del año de la prueva, maguer que valdria si la fiziesse (5); esto es, porque quando algunos entran en la Orden, fazenlo con movimiento de saña, de algunas cosas que les acaescen, o por antojança, cuydando que la podrian sofrir, e despues quando van yendo, e estando y, camianse las voluntades, e arrepientense, de guisa que los vnos lo han de dexar, e los otros que fincan contra su voluntad, fazen en ella mala vida; e porende non les deuen de tomar la profesion ante del tiempo sobredicho. Otrosi el que entra en Orden en algun Monesterio, deue vestir el habito (6) de aquella Orden; ca de otra manera, non podria bien prouar la aspereza de la Orden, porque vna grande parte de la graveza de la regla es en las vestiduras.

(a) L. 3, tit. 5, lib. 3 del F. J.

LEX III.—Ad probationem religionis debet novitus stare per annum in habitu regulari, et ante annum professione non facta liberè potest exire, et ante illum non debet fieri professio; facta tamen tenet. Hoc dicit.

(1) Vn año. Concordat cum cap. Consaldus, 17. quæst. 2. cap ad apostolicam, de regular. et cum cap. non solum, eod. tit. lib. 6. Quid si quis ingressus religionem, ante annum probationis exivit, et postea iterum ingrediatur, an debeat iste habere integrum annum probationis? Specul. tit. de statu monachor. verbo 37. quæritur, dicit, quod non, si conditio monasterii, vel religio non sit mutata; vel nisi personæ defectus supervenerit; sed intellige dictum Specul. juxta quæstionem venerealem Bart. Brixiens. quam refert, quando completo anno probationis ante professionem exivit; nam iste annus debet esse continuus, non interpolatus, secundum veriore opinionem, ut dicit Abb. in dict. cap. ad apostolicam, et tradit Sylvest. in summa, in verbo religio, 5. vers. 4. quæritur; et incipit iste annus in 15. anno inchoante in masculino, in 15. in fœmina, secundum Joan. Andr. in cap. beneficium, de regul. jur. in 6. et probatur infra in ista l.

(2) Puedelo fazer. Vide in cap. statuimus, de regular. limita, ut ubi per Abb. et circa declarationem quartæ fallentiæ vide Sylvest. in summa, in verbo religio, 5. vers. 8. quæritur, et vide infra eod. l. 7. Si autem donavit iste, vel legavit aliqua bona ante ingressum, an recuperabit ea? Vide Abb. in cap. statuimus, de regular. ubi post Hostiens. dicit, quod non; nisi fecerit protestationem, quod intendebat probare regulam; quia tunc videtur donare causa mortis, et recuperabit causa non sequuta: idem ergo dicendum si legavit per modum ultimæ voluntatis, quæ est revocabilis.

(3) Non lo podria dende echar. Nam ipse est obligatus monasterio, et monasterium sibi; acquisivit enim per professionem jus monachatus, et collegii, undè non potest amplius sine causa inde expelli. facit cap. fin. de regular. Abb. in cap. cum causam, col. 2. de electione.

(4) A ellos de gela rescibir. Quid de novitio, qui stetit per annum in monasterio in habitu novitiorum, nunquid potest agere, ut monasterium recipiat eum ad professionem? Vide per Joan. Andr. in addition. ad Specul. tit. de regular. referentem Hostiens. in dict. cap. cum causam, quod sic, nisi monasterium habeat justam causam contradicendi; et ibi etiam tradit de eo, qui per annum tanquam frater stetit in monasterio habitu non mutato, an sit idem; de quo etiam vide per Abb. in dicto cap. causam.

(5) Valdria si la fiziesse. Vide de hoc, quod habetur in dict. cap. ad apostolicam, et cap. non solum, de regular. lib. 6. ubi videbis, quid in fratribus Prædicatoribus, et Minoribus, et cap. constitutionem, eod. tit. de omnibus mendicantibus.

(6) Deue vestir el habito. Adde cap. super eos, cum glossa ibi, de

regular. ubi Abb. dicit, quod non est de substantia, ut quis probet regulam in habitu regulari, sed in habitu proprio; undè in regula solum professo mandatur indui habitum regularem, sed quod consuetudo locorum, quæ habet oppositum, videtur satis laudabilis, et observanda: adde etiam Glos. in cap. fin. 17. quæst. 2.

LEY IV.—De que hedad deuen ser los que nueuamente entran en Religion.

Novicios llaman (1) a los que nueuamente entran en alguna Orden: e para esto ser firme, los que esto fizieren, ha menester que el varon aya catorze años (2) o dende arriba, e la muger doze, para rescibir la Orden, e si ante de esta hedad sobredicha entrassen en ella, puedense salir si quisieren, maguer ouiessem fecho profesion (3); e esto es porque non son de hedad para valer lo que fizieren. Mas si despues que llegaren a esta hedad, fiziessem profesion, o estouiessem y vn año (4), despues de este tiempo, dende en adelante non pueden ende salir: e si el padre o la madre (5) metieren a su fijo o a su fija en Orden, ante que aya hedad, non pueden salir ende (6) fasta que entren en quinze años; e estonce deuele preguntar (7) el Mayoral que ouiere en aquel Monesterio, si quiere y fincar, o non, e si dixere de si, de alli adelante non se puede arrepentir, nin salir de la Orden, e si non le pluguiere de fincar, bien se puede tornar al siglo: e non le deuen fazer premia que tome la Orden, ca non le ternia pro, quanto al saluamiento del alma, servir á Dios por fuerza.

LEX IV.—Ante quatordecim annos completos, novitius non potest profiteri, si est masculus, fœmina verò ante duodecim annos, qua ætate completa professio tenet, sive fiat expresse, sive tacite permanendo per annum in monasterio; à parentibus verò minor dictæ ætatis oblati religioni, ante quinti decimi anni ingressum non exhibit à monasterio: et tunc interrogabitur an velit permanere, et si dixerit quod sic, non poterit amplius pœnitere, nec egredi; si autem quod non velit asserat, liberè exibit. Hoc dicit.

(1) Novicios llaman. Lex etiam dicit illos novitios, qui per annum integrum non steterunt in loco, ut habetur in l. fin. §. quoties, et ibi per Doctoris ff. de publicam. et ibi Joannes de Imol. notat. ad statutum, quod novitii non teneantur solvere gabellas, quod non dicuntur novitii, qui ultra annum steterunt in civitate, vel committatur: et oportet, secundum B. Bernardum in epistola ad fratres de Monte Dei, column. 7. istos novitios religionem ingrediens stultos fieri, ut sint sapientes, quia novitium prudentem, incipientem, sapientem, in cella diu posse consistere, in congregatione durare impossibile est: debet secundum eum sua obedientia esse indiscreta, id est, quod non discernat, quid vel quare precipiatur, sed ad hoc tantum nititur, ut fideliter et humiliter fiat, quod à majori precipitur.

(2) Catorze años. Est ergo in hoc legitima ætas, eademque in contrahendo matrimonio, 20. quæst. 1. cap. 1. et concordat cum cap. ad nostram, et cap. significatum, de regular. et 20. quæst. 2. cap. si in qualibet, et cap. puella, et adde cap. 1. de regular. lib. 6. et Clement. eos, eod. tit.

(3) Maguer ouiessem fecho profesion. Adde cap. significatum, de regular. et procedit, secundum Thom. 2. 2. quæst. fin. artic. 5. etsi si doli capax, seu quantumcumque habeat usum rationis plenum, quia istud votum solemne professionis subditur ordinationi ecclesiæ, propter solemnitatem, quam habet annexam; adde etiam Abb. in dict. cap. significatum, in 5. notab. Gloss. 20. quæst. 1. in summa, et limita, nisi postea ratam professionem habuerit, ut in dict. cap. significatum, et in cap. 3. de regular. lib. 6.

(4) O estouiesen y vn año. Adde cap. 1. de regular. lib. 6. et intellige quando habitus sunt indistincti, quando post 14. annum in religionem fuit ingressus, ut ibi habetur, et in cap. ex parte, de regular. scilicet si habitus in colore, scissura, vel forma se patenter exhibeat distinctum ab habitu professorum, ut in Clement. eos de regular.